

Proposicio Samagitarum

6

115

Serenissime princeps et rex Regni Sacratissimo Reuerendissimique in Christo patres et domini metuendissimi quod lux illa que illuminat omem hominem nudit veritatem tenebris nec illustrare intoperat sed auctori lucis placuit Gentem lithuanam ad agmina reverendissime fidei hoc est fidei catholicae inuitacae multis fiducie fructus noster tu eadem gente lithuania cuius nos tu et ossa existimus. Sicut sicut Baptis sunt renati qui translati sunt inter christianos ibidem in lithuania quantum sapienter poterant et quanto ipsa per predicationem fuit declarata nobis indicabat nos docentes ipse salutis a summo rex deponens opificie nulli penitus promovere debet et potest nisi amoris catholico christi fidei devote voluntibus qui etiam amplius nos docuerunt ipso non est alio in mundo orbis plus peculiarios deo summo propter christum xopium et qui amplius et abevoir perit libertate ubi etiam papa fides mea nobis gratia certa retulere quod plenitude iusticie ex ore altissimi progedientur inter christianos plus amantur quod inter retinunt omnes gentium narices ratusque dei et amor proximi tanta utute tantoque proximi inter christianos clarissima quod quasi quodam singulare debito unus alteri colligatur nulli debet hoc fare quod sibi ipi displaceat nec hor debet nulle alteri quod sibi nolle feci ut exhortemus possit iudicium xopium.

Nisi igit taliter attentis et bene ponderatis multe de misericordia assumendam fidem catholicae alleli satiu sente baptis sic renati et iam vero omes facti fuisse catholici si id quod insecurus cum omnibus humilitate et devotione viritate exponeamus occasione contunditur et obstatu non dedissimus fieri enim his qui se de possessione et regimine deo nre ingesserat quos sperabamus a facie dei dracis et principis tenebrarum diaboli priusquam redemptor et genitrix pater noster ad christum gratiam per baptismum solus erit quibus utique mentis non fuit dominus dei ange nec fidem catholicae ampliare sed ponens et audiens ad alienas possentes reuocare eisdem p. plus placuit horrea quod talium adimpleretur quod p. plus regnare et stolido et crassu tamquam oves errantes sed non erat qui nos salvos fecerat et qui munera appon-



[fol. 6r = 116r]

Proposicio Samagitarum

Serenissime princeps et rex regum, sacratissime [!] reverendissimique in Christo patres et domini metuendissimi!

*Nejjasnější kníže a králi králů, nejposvátnější, nejuctivější a bázeň budící otcové a páni v Kristu!*

Quia lux illa, que illuminat omnem mundum, cecitatis nostre tenebras tunc illustrare inceperat, dum auctori lucis placuit gentem Littwanicam ad agnitionem vere lucis hoc est fidei catholice inuitare, multi siquidem de fratribus nostris cum eadem gente Lithwanica, cuius nos caro et ossa existimus, sacro fonte baptismatis sunt renati, qui conuersacionem habentes inter christianos ibidem in Lithuania quantum sapere poterant et quantum ipsis per predicatores fuerat declaratum, nobis indicabant nos docentes, quod salus a summo rerum dependens opifice, nulli penitus prouenire debe[re]t et poterit, nisi viris catholicis Christi fidem deuote coletibus. Qui eciam amplius nos docuerunt, quod non esset alter in toto orbe populus peculiarior Deo summo preter populum christianum et qui ampliori et uberiori potiretur libertate. Ubi eciam predicti fratres nostri nobis pro re certa retulere, quod plenitudo iusticie ex ore altissimi progrediens inter cristianos plus amaretur quam inter ceteras omnium gencium naciones, caritasque Dei et amor proximi tanta uirtute tantoque preconio inter christicolas claresceret, quod quasi quodam singulari debito unus alteri colligatus, nulli deberet hoc facere, quod sibi ipsi displiceret nec hoc debet velle alteri quod sibi nollet fieri, ut ex hoc verus [quisque] possit iudicari christianus.

*Protože světlo, které osvěcuje celý svět, začalo tehdy osvětlovat temnotu naší slepoty, kdy se stvořiteli světla zalíbilo pozvat litevský národ k poznání pravého světla, to jest katolické víry, mnozí z našich bratří se spolu s tímto litevským národem, s nímž jsme spojeni skrze tělo i krev, znova zrodili v posvátné koupeli křtu. Ti, kteří žili mezi křest'any právě tam na Litvě, nám podle svých nejlepších vědomostí a podle toho, co jim bylo vyloženo prostřednictvím kazatelů, ukázali a naučili nás, že spása je odvislá od nejvyššího tvůrce věcí a neměla by a ani nemůže prospět nikomu jinému než katolickým mužům, kteří jsou oddání víře v Krista. Také nás naučili, že na celém světě neexistuje žádný jiný lid než ten křest'anský, který by měl takové zvláštní postavení u Boha Nejvyššího, a který by se těšil větší a bohatší svobodě. Také nám naši (předchozí) bratří s jistotou sdělili, že plnost spravedlnosti, vycházející z úst Nejvyššího, je mezi křest'any více milována než mezi ostatními národy, a láska k Bohu a láska k blížnímu je tak obdivována a oslavována mezi křest'any, že každý má být zavázán druhému jako nějakým zvláštním dluhem, tj. aby nikdo nedělal druhému to, co se nelibí jemu samotnému, a ani nechtěl po druhém to, co by si sám nepřál, a podle tohoto [postoje] může být posuzován opravdový křest'an.*

Hiis igitur taliter attentis et bene ponderatis multi de nostris ad assumendam fidem catholicam allecti sacro fonte baptismatis sunt renati et iam fere omnes facti fuissent catholici, si id, quod inferius cum omni humilitate et deuocione vestre sanctitati exponetur, occasionem contradiccionis et obstaculi non dedisset. Fuerunt enim hii, qui se de possessione et regimine terre nostre ingesserant, quos sperabamus a faucibus draconis et principis tenebrarum diaboli patriam nostram redempturos et gentem predicte patrie nostre ad Christi gratiam per baptismum conuersuros; quibus utique menti non fuit domum Dei augere nec fidem catholicam ampliare, sed pocius et audius ad alienas possessiones recurrere; eiisdemque quibus plus placuit horrea quam celum adimplere, sub quorum perverso regimine et stolido, eramus tamquam oues errantes, dum non erat qui nos saluos faceret et qui manum appo[fol. 6v = 116v]neret nosque gremio fidei catholice aggregaret, quia forte tempus non adherat. Nunc autem venit plenitudo temporis, in quo per sanctissimam congregacionem vestram mundo fluctuanti maxime opportunam, quam Deus omnipotens per istius sacratissimi Romanorum regis medium dignatus est convocare, omnes errores in mundo pullulantes debent extirpari. Nam et nunc spiritus sancti gracia ministrante in unum accersiti, universalem representantes ecclesiam, et sic ad vos

pertinet abolere discordias, fidem christianam propagare, hereses et scismata euellere. Vos enim post Deum primam meruistis obtinere potestatem deponere potentes de sede et exaltare humiles. Ecce constituit vos Dominus super gentes et regna, et modo conuersi sumus et conuertamur ad istum cetum vestrum sanctissimum aduocatum, pastorem et episcopum animarum nostrarum, per vos, quibus est cura de omnibus, gremio sancte matris ecclesie associari deuotissime cupientes.

*Po důkladném a pečlivém zvážení všech věcí, mnoho z našich lidí bylo přitahováno k přijetí katolické víry, byli znovuzrozeni z posvátného pramene křtu a téměř všichni by se bývali stali katolíky, kdyby to, co bude níže s pokorou a oddaností představeno vaši svatosti, se nestalo překážkou a nedalo příležitost ke sporu. Nebot' to byli právě ti, kteří se chtěli chopit vlády a majetku naší země, ale my jsem v ně doufali, že naši zemi vykoupí z tlamy draka a knížete temnoty, to jest d'ábla, a promění lid naší země skrze křest díky Kristově milosti; ti rozhodně neměli v úmyslu rozšířit Boží dům ani rozmnozit katolickou víru, ale spíše se dychtivěji zmocnit cizích majetků. A pro ně, kteří si raději oblíbili plnit sýpky než nebesa, jsme byli jako zbloudilé ovce pod jejich zkaženým a pošetilým vedením. Dosud se totiž nenašel nikdo, kdo by nás zachránil a kdo by nám pomohl začlenit nás do lůna katolické víry, protože možná nenastal příhodný čas. Nyní však přišla plnost času, v němž prostřednictvím vašeho nejsvětějšího shromáždění, které je obtíženému světu velmi příhodné, a které všemocný Bůh důstojně svolal prostřednictvím tohoto nejsvětějšího římského krále, aby všechny chyby světa byly vykořeněny. Nebot' i nyní, kdy jste povoláni do jednoty pod vedením milosti Svatého Ducha a zastupujete univerzální církev, je na vás, abyste zrušili neshody, šířili křesťanskou víru a vymýtili hereze a schizmatu. Vy jste totiž první po Bohu, kteří zaslouženě máte moc sesadit mocné z trůnu a povýšit pokorné. Hle, Pán vás ustanovil nad národy a království, a nyní jsme se obrátili a obracíme k vašemu nejsvětějšímu shromáždění, zástupci, pastýři a biskupovi našich duší, a toužíme se oddaně připojit k lůnu svaté matky církve skrze vás, kteří máte péči o všechny [lidi].*

Suscipite igitur, quesumus volentes converti ad fidem catholicam, honorem Deo summo in propagacionem eiusdem fidei faciendo, quam libere prestante eius clemencia assumere satagimus non coacti, in qua eciam existentes digna animadversione ac devota mente vestris instrucionibus saluberrimis preceptis dominicis et Jesu Christi clementissimis disciplinis presto sumus subicere terga nostra et qui hactenus per viam mortis ambulantes errabamus hos nunc ad viam vite benignius ingredi permititte. Huius enim firme et indubie spei de vestra sanctitate piissima gerimus fiducia, quod nos non obicietis dediganter sicut alias obiciamur indirekte, sed ad amplexus vestros caritatue susceptos sub umbra proteccionis alarum vestrarum misericorditer et paterne colligetis omnibusque prerogatiis et fauoribus tractabitis, quibus ceteros christicos recto corde gradientes in uisceribus Jesu Christi amare et tractare consueuistis; ut autem protractat [!] eidem vestre sanctitati per hec scripta volumus veridice declarare vestre piissime claritati humiliter supplicantibus, quatenus nobis humilibus et deuotis vestris ad fidem catholicam converti volentibus Dei contemplacionis intuitu audienciam prebere dignemini beniuolem atque gratam.

Nam licet a primordiis nostre originis fuimus prout sumus ingenui et vere liberi, bona nostra ex successione paterna iure hereditario et modis licitis cum plena et perfecta libertate possiderimus pacifice et quiete, nec cuiquam ad aliquam ligati fuimus seruitutem, nichilominus tamen fratres ordinis Theutonicorum de Prussia nostre ingenuitatis et plene libertatis minime ignari, omni libertate, substancia et pacifico statu nos priuare magno studio quesuerunt [fol. 7r = 117r] hostiliter et crudelissime nos uexando, non attenta deuocione nostra, qua dudum gremio fidei catholice summo opere et cum magno feroore desiderauimus aggregari, non querentes lucrifacere animas nostras Deo uero, sed hereditates et bona et terras nostras usurpare et

occupare mollientes, prout ipsarum alias magnam partem indebite occuparunt, profecto dum predicti fratres, quos a Deo missos sperabamus, ad primevam gubernacionem terre nostre concurrerent et se de ea iniecssent, mox nostri rudi et simplici ratione in fide Christi penitus inperita co[m]perimus eosdem non alia, nisi mundana sapere de celestibus autem nichil penitus cogitare, ex eo, quod ipsi tamquam ad dandam nobis viam et scienciam salutis deputati, ea que sua sunt et non Dei circa nos ad occupationem terre nostre attemptare et querere satagebant, non mansuetudinem, non beniuolenciam neque Dei iusticiam, sed multa nephanda et precipue malorum omnium radicem, cupiditatem videlicet imitantes, que utique est transgressionis mater, magistra nocendi, auriga malicie, sedicionis origo et omnium fouea scandalorum, ubi enim iusticie plenitudinem circa nos inuenire sperabamus, experiri et probare uolentes, qualiter nos in fide catholica uellent inbuere, ibi ipsos comperimus humane miseracionis pietate omnimode destitutos, exemplo namque ipsorum vite turpis animos aliquorum de nostris in erroribus diuturnis taliter eligerent quam fidem assumere catholicam ipsorum prauitatibus deformatam.

Hoc siquidem inicium operum, que de ipsorum iusticia procedebant in nobis exercere presumpserunt, quod inter gentiles ethnicos abhominabile et omni dignum reprobacione reputatur, eo quod nos omnibus bonis nostris terris videlicet et ceteris ad usum vite spectantibus spoliabant ad modicam mensuram agros nostros nobis relinquentes, singulis libertatibus nos priuabant et privare uoluerunt. Sicque sub gubernacione ymmo sub oppressione ipsorum verius mendicare, furari, predari et homicidia nos oportuisset exercere vitam miserabilem cum consortibus et liberulis [!] nostris nutriendo. Et miramur, cur predicti fratres ianuam christianitatis appolare se audebant, qui pocius repagulum et clausura vetans hiis, qui recto sunt corde ad agnitionem fidei salutarem introitum nominare merebantur et merentur. Nunquam libertate priuandi sunt ad sinum fidei confluentes et ingredi cupientes, cum non sit verisimile, quod servientes peccatis possent esse liberi, aut [fol. 7v = 117v] comodo [sic] liberi sunt, qui priuantur hereditatibus et bonis, de quibus deberent vivere et suo iugiter creatori famulatus exhibere. Quilibet enim nudatus bonis egestateque coactus, servus peccati efficitur et signanter neophitus in perfeccione pacientie non firmatus, qui non habens unde viveret aliena rapit, homicidia perficit et alia mala sequencia cogitur perpetrare, et tali tucius esset in errore gentilitatis persistere, quam sub colore religionis catholice hec prescripta et alias malignitates Deo odibiles exercere; nec sine scrupulo et mala nota eciam apud gentiles stare posunt, qui norunt retinere propria, prout est de predictis fratribus et rapere aliena aut ea concupiscere, que non possunt obtainere; ymmo non est possibile, quod aliquis quo inquinatus et inmundus possit alium mundum facere, ex quo necesse est, quod inmunda sit manus, que sordes diluit alienas.

Consideramus equidem et exponimus ad oculum, quomodo ipsi fratres Prutenos, quos iam diu subiecerunt sue servituti, non bene in fide docuerunt; qui occupatis terris, bonis et hereditatibus ipsorum, ipsos in servitutem miserabilem redigerunt eosque cum liberis ipsorum ad servilia opera quotquot excogitari poterint et labores continuos posuerunt. O qualiter instruunt infirmos in fide, quomodo domesticos fidei recreant aut qua pietate tractant conversos, quorum pauci in preceptis Dei et articulis fidei christiane per eosdem fratres sunt inbuti et hoc quilibet pro nunc poterit experiri, quod predicti Pruteni quamvis baptizati tamen in fide catholica penitus inperiti, quorum eciam severitas quam ante assumptionem baptismi habuerant non est in aliquo diminuta; quia dum ipsi fratres vadunt exercitualiter ad vastandas terras alienas, ipsos Prutenos fratribus doctrina, scelerum auctores effectos, premittunt ad effundendum humanum sanguinem nulli sexui deferentes vel etati ad occidendias [!] cremandas et alia mala facienda taliter instructas, quod inter omnes crudeles barbaros preter ipsos non possunt reperiri in severitate cerciores. Et si ipsis fratribus per modum correccionis seu argumenti aliqualiter dicitur, ne talia permitterent, respondent, quod non possunt ipsos sedare, qui semper fuerant crudeles pagani, et sic sub conniventibus oculis permittunt ipsos mala facere, et quanto plures per ipsos

malignitates patrantur, tanto magis isti fratres de isto gloriantur. Et ista sunt, que nos usque modo retraxerunt a baptismo circa quo hec nostra versata est opinio, quod melius est viam salutis non cognoscere quam cognitam [fol. 8r = 118r] perverse tenere aut inique desedere; quam si in talibus casibus assumpsissemus, forte cum eisdem Prutenis eundem incidisemus laborintum [!], qui satis male, ut premissum, est in fide catholica sunt instructi, et licet in eadem fide inperiti existimus, sentimus tamen, quod Dei providencia, que in sui dispositione non fallitur, illis fratribus noluit parare hunc honorem nec voluit, ut per tales vocaremur ad baptismum, qui in operibus fidei exhorbitant [!] et omni miseracione humanitatis non utuntur. Gravamina autem, que contra morem pietatis humane nobis faciebant cum iniuriis non paucis vobis nunc sub tenore huius epistole sub anno videlicet Domini M<sup>o</sup>CCCC<sup>o</sup>VII<sup>o</sup> ad universos principes catholicos tam spirituales quam seculares per nos misse decrevimus declaranda, quam quesumus libeat vestre sanctitati pia et benivola aure exaudire, cuius quidem epistole sub infrascriptorum verborum serie continencia sequuntur et est tales:

*Zamýšlime ukázat na očividný případ, jak [řádoví] bratři ty Prusy, kteří už dlouho byli podrobeni jejich vládě, nevyučili správně ve víře; kteří obsadili jejich země, majetky a dědictví a uvrhli je do bídného otroctví a poslali je s jejich dětmi do různých otrockých prací, jaká se dají jen vymyslet, a nekonečných pracovních povinností. Ó, jakým způsobem učí slabé ve víře, jak obnovují spoluvěřící, jakou zbožností se věnují obráceným, z nichž jen několik bylo skrze tyto bratry zasvěceno do Božích přikázání a do článků křest'anské víry. Kdokoli si může ověřit, že řečení Prusové, i když pokrtěni, jsou naprosto nevědomí katolické víry, jejichž tvrdost (resp. hrubost, barbarství), kterou měli před přijetím křtu, se nijak nezmenšila. Když tito [řádoví] bratři vojensky najíždějí a ničí cizí země, posílají Prusy, kteří se skrze nauku [řádových] bratří stali zločinci, jako první prolévat lidskou krev, přičemž při zabíjení neberou ohled na pohlaví ani věk, pálí a páchají jiné zlé věci. Jsou takto vedeni, že mezi všemi krutými barbary kromě nich samotných nelze najít surovější. A pokud jsou tito [řádoví] bratři jakýmkoliv způsobem napomínání, aby nedovolovali takové věci, odpovídají, že nemohou ty, kteří byli vždy krutými pohany, uklidnit, a tak to dovolují odvraceje od toho svůj zrak, aby páchali zlo, a čím více zločinů spáchají, tím více se [řádoví] bratři tímto chlubí. A to jsou věci, které nás dosud odrazovaly od křtu, o kterém pojednává tato naše rozprava. Je lepší neznat cestu spásy, než ji poznat a držet se ji zvráceně nebo nespravedlivě opustit.*

*Pokud bychom jí přijali za těchto podmínek, možná bychom skončili spolu s Prusy v tom samém bludišti. Ti jsou totiž špatně, jak bylo uvedeno, vyučeni v katolické víře, a i když my jsme v téže víře neznali, přesto cítíme, že Boží prozřetelnost, která se ve svém záměru nemýlí, nechtěla těmto [řádovým] bratrům připravit tuto pocitu a také nechtěla, aby bychom my byli křtěni skrze ty, kteří ve víře hřeší a nerozumí lidskému slitování. Bezpráví, kterého se spolu s mnou křivdami dopustili vůči nám v rozporu s obvyklou lidskou zbožností, jsme se rozhodli zveřejnit tímto listem, konkrétně [vydaným] léta Páně 1407, v němž je označeno všem katolickým knížatům, jak duchovním, tak světským, a prosíme, aby se vaši svatosti líbilo pobožně a laskavě toto vyslechnout. Jeho doslovny obsah následuje níže a je takový:*

,Universis mundi principibus et populis christianis.

Audite clarissimi principes tam spirituales quam seculares singulique magnifici et validi ac nobiles providique viri, fideique catholice professores, et in mansuetudine animi suscipite relaciones turbatorum et clamores oppressorum, qui dudum sacrosancte fidei catholice associari satagebant nec ad ipsam desinunt aspirare non tamen, per gubernatores et quondam occupatores terre nostre ad baptismi graciam concitati, admissi. Ipsi enim olim gubernatores nostri fratres ordinis Theutonicorum de Prussia post acceptionem possessionis terre nostre, querentes dumtaxat, que sua sunt et non Dei, ceperunt nos opprimere, primo paulatim, postea gravius, labores ad usus nostros fieri consuetos subtrahere et nostrarum possessiones hereditatum, quas a patribus nostris, avis, proavisque habuimus, pro ipsorum usibus usurpare et proventus nostros

minuere, mellificia nostra tota ceterasque utilitates victus nostri a nobis contra Deum et iustiam auferentes, demum autem ad opera servilia colla nostra natura donante libera successive ceperunt adiungere et tandem multi generis oneribus importalibus nos gravare servis, proprietariis, rusticis et tributariis nostris omni sine iusticia nos privantes, deinde vero omnibus nostris libertatibus venacionum, piscaturarum et aliis huiusmodi usibus nos spoliantes ad terras denique vicinas, causa exercendarum negociacionum ceterarumque domesticarum necessitatum nostrarum nobis transitum prohibebant; similiter et vicinos nostros nos visitare cum mercibus et aliis utensilibus coroporalibus huiusmodi admittere noluerunt aliaque multa nobis imponentes onera, que scriptis et relatibus non bene poterint explicari. Sed hoc videbatur nobis omnibus fore gravius oneribus, quod singulis annis liberos nostros [fol. 8v = 118v] in obstagium a nobis obsides requirebant, quos cum eis dare recusassemus ob hanc causam, quod alias prius adhuc liberos nostros in obstagio habuerunt, ipsi tandem in nobis pacienciam non habentes contra miseracionem pietatis humane, consortes nostras tum pluries a nobis exigeabant, ab ipsis uxoribus nostris nos separare satagentes, fere ducentorum lib[er]orum nostrorum, quos habuerunt in obstagio numero non contenti.

Audite quesumus, ulterius audite, qui iusticiam diligitis enormem oppressionem nostram, que animas nostras plurimum sauciavit, super qua flendum pocius esset quam loquendum, quomodo predicti rectores nostri quam pluribus nobilibus nostris et potentioribus terre nostre, quos natura ab origine in artibus bellicis et strenuis prout experientia testatur conspicuos constituit et virilis, incepto servitutis iugo mancipatis, et re vera tribus viris nobilibus, qui se, ne filios suos obstagio aliqualiter exponerent, abscondebant cum duabus captis mulieribus et igne combustis, nonnullisque viris huiusmodi cum uxoribus eorum ligatis et in Prussiam deductis, heu sorores filiasque nostras iuventulas ipsi Cruciferi, reverencia crucis postposita, vi captas, quod dolenter referimus stupraverunt, quod publice notorium est et poterit comprobari.

Nam vir quidam de pocioribus baronibus terre nostre Kyrcutis nomine habens filiam elegantissimam, per eosdem fratres violenter privatus dicta filia sua, cuius filius frater eiusdem virginis tantas oppressiones per amplius sustinere non volens, quendam ex fratribus predictis circa sororem suam in ea stupri vim exercentem transfixum gladio notabiliter interemit.

Item quendam baronem multum notabilem nomine Wyssygynum cum consorte et liberis vinctum ad terras Prussie deduxerunt et ibi cum eisdem uxore et liberis in servitute existentem perimerunt.

Similiter alium notabilem virum nobilem Swolken nuncupatum detinuerunt domumque ipsius cremaverunt una cum villis suis, incolis earundem villarum sine omni misericordia interemptis, qui tamen Swolkenus dum ad Prussiam per ipsis ducebatur de manibus eorum aufugit et auxilio Dei fuerat liberatus.

Item quendam non minus hiis predictis nobilem dictum Sungalo, similiter captum ducentes in Prussiam occiderunt.


Item quosdam alios tres notabiles multum notabiliiores, similiter detentos ab[s]que omni culpa capitibus truncaverunt consortibus eorum cum liberis ipsorum in servitutem miserabiliter deportatis et deductis.'

O quot tot lamenta oppressorum insurrexerunt continuo in ipsa nostra provincia, que a seculis audita non erant, unde alia opinionis nostre non fuit expectacio et expectationis opinio ex intersignis presumptis, nisi mortem crudelissimam ab ipsis nostris rectoribus sperabamus et ipsorum enses nostro cruento debere miserabiliter rubricari. Ipsi namque oppressores, ne dicamus amplius gubernatores nostri, mala malis [adientes coegerunt nos per similes opera viarum, asperitates et silvas immeabiles per quas] nullus aut difficilis potuit haberi transitus in plana convertere et vias [fol. 9r = 119r] et rectas facere, per quas eo licencius nos potuissent interimere et necare. Hec enim in animo revolentes, cum vidissemus eosdem fratres in exterminium nostrum anhelare, inter cetera eciam cogitare cepimus de protractione baptismi, cur et quare nos vocare ad baptismum protraherunt et quare eciam nullam ecclesiam in

provincia nostra erexerunt ymmo nec aliquem presbiterum in tota terra quamvis satis ampla constituerunt, presumere cepimus, quod mortem et destrucionem nostram machinati fuerant; ex quo dimissis Dei operibus ad opera seculi direxerunt totaliter mentes suas, nec occurrit aliquis, quem ipsi baptizassent, de nostris interim quam terram nostram gubernarunt preter hos, quos incliti principes domini Wladislaus rex Polonie et Allexander alias Witoldus magnus dux Lithwanie baptizarunt. Taliter ergo predicti fratres sub nomine defensoris offendere nos querebant et sub medici specie includere nitebantur animam egrotantis. Consideret ergo vestra claritas crudelitatem et inhumanitatem istam, que nobis magnum metum mortis prebuit et ab eorundem obedientia merito nos abduxit, qua propter hoc sentire dignetur vestra serenitas, quod vota nostra ad altissimi gloriam reducentes ad baptismi graciam Christo duce totis viribus aspiramus, vestram humiliter deprecantes claritatem, quatenus, si ipsi Cruciferi aliter vel alia de nobis fulminare voluerint, illis fidem credulam subtrahere velitis, quinymmo nos in oracionibus nostris habentes recommissos, ut Deus omnipotens spiritu caritatis corda nostra inflammet ad baptismique graciam feliciter et cicias nos perducat. Sed quia ad hanc exhorbitacionem istius epistole non fuit aliquis, qui manum apponeret nosque gremio fidei catholice, ut prefertur, sociaret, ad vestram igitur sanctitatem recurrentes eandem devotissime deprecamur, quatenus attendatur zelus auctoritatis vestre adversus tante crudelitatis malum, dissipate et ebellite plantaciones iniquas, edificate et planate in ecclesia Dei tales, quos humilitas, quos innocencia, quos vita probacione recommenderet, qui subiectos doceant, pauperes non gravent, quorum conversacio sit iusticia, quorum auctoritas sit non in habitu nec in festibus, sed in eruditione et defensione fidei, quorum vita sit publice commendabilis et memoria in benedictione sempiterna. Sentire eciam dignemini, quod humanitatem habemus non autem sumus bruta, que donantur, venduntur et emuntur, sed sumus creatura Dei ad ymaginem ipsius facta, in libertatem filiorum Dei, qua utique libertate renovati et regenerati per fidem Christi uti, frui volumus et gaudere, prout ipsa ceteri utuntur christiani hoc per expressum et specialiter adiungentes, quod istos fratres super nos dominari nolumus nec ipsis subici, qui subiectum sibi populum crudeliter non gubernare, sed opprimere consueverunt; et quia veri christiani optamus effici, volumus primo Deo postea, cui nobis placuerit fideliter famulari et devote. [fol. 9v = 119v]

Quam ob rem eidem sanctitati vestre humiliter supplicamus, ut hanc nostram pie devacionis intencionem [ad]implere et exerceri valeamus et sacrosanctum baptismum in vinculo fidei et caritatis devote suspicere, vestrarum petcionum hortamenta serenissimis et christianissimis principibus dominis Wladislao regi Polonie et Allexandro alias Witoldo duci Lithwanie vestra sanctitas dignetur porrigeret et eos in visceribus Jehsu Christi requirere et adiunctis sibi reverendis in Christo patribus dominis Johanne videlicet archiepiscopo Leopoliensi et Petro episcopo Wilnensi in cultu Christi devotissimis et probatis ad nostram descendant provinciam nobisque baptismi graciam prebeant, per quam beatissimo cetui christicolarum possemus dulciter aggregari. Sed quia sine adiutorio predictorum serenissimorum principum dominorum Wladislai regis Polonie et Allexandri alias Witoldi ducis Lithwanie hec sancta opera non bene possunt perfici. Ideo vestra sanctitas dignetur ipsos singulariter adhortari, ut loca ibidem in nostra provincia deputent, in quibus predicti domini Johannes archiepiscopus Leopoliensis et Petrus Wylnensi episcopus ecclesias primo cathedralem domum alias erigant et fundent quotquot fuerunt oportune, et ubi nostra insufficiencia in tam sanctis factis aliquid ad consumacionem non posset comportare, per innate benignitatis ministerium ipsorum munificenter supplere et perficere ad honorem sanctitatis vestre et laudem Dei omnipotentis dignaretur. Ipsi enim sunt membra Jehsu Christi et spiritus sancti organa, per quorum medium virtus altissimi magnalia operari dignatus est, per quem christiana fides amplissima suscepit incrementa. Porro pro conclusione facienda, vestre sanctitati firmam nostre indubie spei fiduciam devotissime declaramus, quod quanto cito sanctissimo cetui christianorum per sacram baptismum fuerimus aggregati, principem tenebrarum cum ministris eius, qui nos in assumptione

sancte fidei imped[i]ebant et impedire presumebant, habebimus contemptui, et dum Deum habebimus propicium et Jehsum Christum protectorem, nullius hostilitatis arma timebimus, ymmo omnes adversitates omnium nos preter iusticiam impugnare volencium non dubitamus eodem Deo creatore nostro suffragante conculcandos.



Responsio ordinis contra propositionem Polonorum in causa Samaytarum.

Ut super propositis contra ordinem de terra Samaytarum veritas in luce prodeat, minime dubitandum existit, quod dux Wytaudus videns se frustrari omni effectu conspiracionum, quas cum rege Polonie pluries in distraccionem ordinis conceperat, quodque sibi de regno Polonie pauca contra ordinem suffragia per regem ministrare posse, sancte memorie olim domina Hedwige regina Polonie resistente et hoc effectualiter, ut superius tangitur procurante, et forte non iniuste intra se considerans, quod tam ex specialibus concessionibus summorum pontificum et Romanorum imperatorum, quam suorum predecessorum per Romanos pontifices imperatores et reges confirmatis, ordo iustum titulum pretendebat fere ad omnes terras suas et signanter, quas cum suis exercitibus pro augmen[to] catholice fidei peragraverat, et sine forte maiori advertenter [!] ponderans viribus ordinis suam sic exhaustam potentiam, quod potencie ordinis diucius resistere sibi foret impossibile, ut sibi de tantis posset cavere periculis, per certos suos nunccios solicitare cepit magistrum generalem de perpetua pace inter ipsum et ordinem firmanda, rogando ipsum, ut certos de suis ad ipsum pro concipiendi capitulis super pace huiusmodi dirigere dignaretur.

*Aby pravda o žmud’ské zemi vzhledem k prezentovaným skutečnostem vyšla na jevo, nelze vůbec pochybovat o tom, že vévoda Vytautas (Vitold) uviděl, že všechna jeho spiknutí, která opakovaně připravoval s polským králem s cílem rozvrátit řád, přinášejí pouze zklamání, protože mu král mohl poskytnout jen malou podporu proti řádu, přičemž Hedvika, polská královna svaté paměti, se proti tomu stavěla a toto účinně podporovala, jak již bylo zmíněno výše. A také možná oprávněně zvažoval a bez většího úsilí došel k závěru, že skrze zvláštní povolení papežů a římských císařů, také povolení jejich předchůdců potvrzená římskými papeži, císaři a králi, si řád nárokoval téměř všechny své země a zvlášť ty, které procházel se svým vojskem za účelem šíření katolické víry, a že tedy jeho vyčerpané síly proti silám řádu by nebyly schopné dlouhodobě odolávat moci řádu. A proto aby se vyhnul tak velkému nebezpečí, začal skrze své posly žádat velmistra o věčný mír mezi ním a řádem, a prosí ho, aby mu poslal někoho z jeho lidí k přijetí podmínek tohoto míru.*

Quod pacis avidus et ampliacionem fidei siciens magister generalis protunc, ne sibi et suo ordini a quoquam imputari posset personale seu privatum comodum, quamquam plurimum timeret frequentatum malum, omnibus malis, quibus contra pacta stipulata ordo per ipsum dolose sepius circumventus fuit, oblivioni commendatis, solempne ambasiatam ad ipsum misit, videlicet dominum pronunc episcopum Pomezaniensem, protunc iuristam suum supremum, ordinis marscalcum [!], commendatores de castro Reno et Ragnith cum certis notabilibus militibus, qui pro firmando perpetua pace huiusmodi cum ipso in certa capitula concorditer convenerunt, pro quorum finali roboramento post pauci temporis intervalla de consensu parcium statutus et observatus fuit terminus et locus convencionis mutue. Post quamquidem convencionem longam ac maturam deliberacionem super capitulis amicabiliter conclusis inter ipsas, ut prefertur, dimissis hincinde et sopitis omnibus discordiis, iniuriis, displicenciis, rancoribus et dissensionibus universis, ut futuris litibus super proprietate terrarum, que inter ipsos sepius iurgiorum materiam suscitaverant, finem imponerent, ad terras, gades, limites, metas seu granicas inter se devenerunt, sub quibus tota terra Lithwanie cum omnibus suis pertinenciis duci Wytaudo et suis heredibus, terra vero Samaytharum cum suis pertinenciis magistro et ordini in proprietatem perpetuam assignare devenerunt, prout hoc litteris autenticis tam in latino quam in vulgari theutonica desuper confectis, utriusque partis maioribus sigillis roboratis plenius continetur, presentibus et consencentibus per singulorum ipsorum [fol. 1v = 120v] appensionem maioribus et pociorem partem facientibus nobilibus dicte terre Samaytharum, dicant nunc quidquid velint.

*Protože velmistr, který toužil po míru a rozšíření víry, se tehdy obával, aby jemu a jeho řádu nikdo nemohl vyčítat osobní nebo soukromý prospěch, a přestože se velmi obával častého zla, které bylo řádu opakovaně záludně způsobeno [vévodou] tím, že byla obcházena smlouva uzavřená jeho prostřednictvím, nehozlal na to vzpomínat a vyslal k němu slavnostní poselstvo, konkrétně tehdejšího biskupa pomezanského [Johannes Mönch], tehdejšího svého nejznamenitějšího právníka, maršálka řádu [Werner von Tettingen], a dva komtury, z hradu Reno [Komtur von Rhein (später von Osterode) Johann von Schönfeld] a Ragnith [Komtur von Ragnit Marquard von Salzbach] s určitými významnými rytíři, kteří se s vévodou dohodli na určitých bodech pro upevnění trvalého míru, a pro jehož konečné posílení po krátkých přestávkách byl stanoven a dodržen termín a místo vzájemného setkání.*

*Po této dohodě a dlouhém a zralém zamýšlení nad články, které byly mezi nimi přátelsky uzavřeny, jak bylo uvedeno výše, a po urovnání všech sporů, křivd, nesnází, zloby a neshod, a aby se ukončily budoucí soudní spory o vlastnictví území, které byly často hlavním předmětem sporu, a aby se navrátili ke svým územím, sídlům, hranicím, mezníkům nebo hranicím, přičemž celá země Litvy s všemi jejími příslušenstvími připadla vévodovi Vytautasovi a jeho dědicům, zatímco země Žmud' s jejími příslušenstvími byla přiznána [vel]mistrovi a rádu do věčného vlastnictví, jak je úplně uvedeno v autentických listinách vypracovaných jak v latině, tak v němčině, potvrzených velkými pečetěmi obou stran, přítomných a souhlasících, zejména každého velmože a větší části urozených ze žmud'ské země, at' si nyní říkají, co chtějí.*

In quibusquidem litteris dux Wytaudus promisit ordini assistere et ipsum sua potencia iuvare, ut gentem Samaytharum sue posset subicere dicioni, quod eciam ita factum fuit. Sed quia Samaytharum gens durissime cervicis et ferocissima semper fuit, multus timor fuit ordini de rebellione eorundem, quare pro maiore securitate illorum fratum ordinis, quos magister generalis pro eorum gubernacione in terra Samaytharum posuit, oportuit eos dare obsides in certo numero de quolibet districtu, et ipsos mittere ad Prussiam. Qui omnes fuerunt baptizati et melius quam in domibus parentum suorum procurati fuerunt. Eciam tunc circa LXXX senes Samaythi baptizati in Marienburg, qui iuvenes eorum pro obsidibus ducebant ad Prussiam. Et quia certi districtus in dicta terra Samaytharum deficiebant in grano, ad relevandum eorum inopiam magister generalis misit eis multas naves oneratas cum grano; et nichilominus cum equis, ovibus, bobus et multis aliis utensilibus necessariis, que XL florenorum ungaricalium valorem excedebat, eorum penurie succurebat. Et revera dicat pars adversa quidquid velit, ipsi fuerunt dulciter, amicabiliter et cum pietate ac mansuetudine tractati, ita quod de regimine ordinis optime contenti fuerunt et iuvabant ordinem fideliter ad edificandum castra et fortalia [in] terris eorum, in quibus habitabant advocatus et alii fratres ordinis, qui pro ipsorum gubernacione deputati fuerunt, qui habitabant secum, presbiteri de ordine et eciam seculares, et fratres ordinis mendicancium, qui ipsos in fide catholica quantum in principio conversionis ipsorum fuit possibile salubriter instruxerunt, et sic sub regimine ordinis pacifice steterunt per duos annos cum dimidio. Quod autem aliqui et revera pauci ex eis fuerunt ultimo supplicio puniti, ordine iudiciario factum fuit propter furta, homicidia et latrocinia per ipsos perpetrata, a quibus eciam quamvis sepius commoniti abstinere noluerant, quia sine lege viventes talia non reputabant esse contra regulam honestatis.

*V těchto listinách vévoda Vytautas slíbil, že bude řádu pomáhat svou silou, aby mohl "národ" žmud'ský podrobit jeho vládě, což se také stalo. Ale protože národ žmud'ský byl vždy velmi tvrdohlavý a divoký, řád měl velký strach z jejich povstání, a proto pro větší bezpečnost těch řádových bratří, které velmistr pověřil jejich vládou na území Žmudi, museli dát rukojmí v určitém počtu z každého okresu a poslat je do Prus. Ti všichni byli pokřtěni a bylo o nich postaráno lépe než v domech jejich rodičů. Tehdy bylo také v Malborku pokřtěno okolo 80 starších Žmudinů, kteří své mladé lidí poslali do Prus jako rukojmí. A protože některé oblasti*

*v uvedené zemi Žmudinů trpěly nedostatkem obilí, velmistr jim poslal mnoho lodí naložených obilím, aby zmírnil jejich nouzi; a navíc ještě zmírňoval jejich nedostatek tím, že je zaopatřoval koňmi, ovciemi, kravami a mnoha dalšími potřebnými věcmi, které přesahovaly hodnotu 40 uherských zlatých. A at' si protivník říká, co chce, bylo s nimi zacházeno vlídně, přátelsky, s úctou a pokorou, takže byli s rádem velmi spokojeni a věrně pomáhali stavět hradu a pevnosti na jejich území, v nichž žili zástupci [rádu] a další rádoví bratři, kteří byli jmenováni k jejich správě. Žili mezi nimi rádoví i světští kněží, a bratři žebravých rádů, kteří je vzdělávali v katolické víře co nejefektivněji, a tak po dobu dvou a půl roku žili v klidu pod vládou rádu. Že však některí z nich, a opravdu jen málo z nich, byli potrestáni nejvyšším trestem, což bylo provedeno podle soudního rádu, tak to bylo kvůli krádežím, vraždám a loupežím, které sami spáchali. Necháli toho zanechat ani přes opakovávaná varování, protože když žili bez zákona, nepovažovali takové činy, že jsou proti rádu cti.*

Antiquus inter[e]a serpens dyabolus, conversione illorum ad fidem ferre non valens, quos iure quodam hereditario tanto tempore possiderat, letiferis suis persuasionibus ad interversionem tanti boni sollicitare cepit ducem Wytaudum, qui de regimine ordinis videns Samaythos contentos timensque ordinis per hoc contra se potentiam nimis excrescere, attrahere sibi studuit in numero non modico pociores nacione illarum terrarum, vestibus, equis et aliis donis et tantum scivit efficere, quod multi [fol. 2r = 121r] nobiles cum tota sua familia et subditis suis a terris et possessionibus suis de illis terris in preiudicium ordinis recesserunt et se dominio prefati domini Witaudi subdiderunt. Quam ob rem dominus magister generalis misit certos ambasiatores suos ad ducem Wytaudum rogans eum, quod juxta condictata inter ipsos et litteris autenticis roborata, quibus cautum esset, quod nullus alterius subditum in suis terris fovere deberet altero invito, a talibus suis gravaminibus desistere dignaretur. Super quo sic respondit: „Quod amicos suos terras suas visitare volentes prohibere non posset nec inhibere Samaythis ad amicos suos in Lithwaniam se transferre.“

Post multos igitur tractatus super materia huiusmodi in Tracken habitis inter partes, iterum conventum et conclusum fuit, quod pro sedanda discordia huiusmodi magister deberet cum prefato duce Wytaudo convenire, qua conclusione pendente, dux Wytaudus illos, quos sibi attraxerat de terra Samaytharum adiunctis eis in bono numero Lithwanis, expedivit contra fratres ordinis pro gubernatoribus terre Samaytharum deputatis, qui clam terram intrantes quendam portitorem litterarum premiserunt, qui noctis tempore veniens ad primum castrum ordinis sibi aperiri postulavit; cui cum more solito porta aperta fuisse, sequebatur ipsum omnis illa multitudo armatorum, que nulla diffidacione premissa omnes fratres ordinis cum aliis christianis fratribus aliorum ordinum eorumque servitoribus captivaverunt et unacum advocate eorum captivos abduxerunt.

Et simili modo secundum castrum ordinis in dictis terris cum fratribus ordinis tam laicis quam presbiteris et aliorum ordinum fratribus ac aliis christianis in ipso existentibus ceperunt et eo honestatis modo, quo sentitis, captivaverunt, pro quorum liberacione eis restituti fuerunt obsides supradicti. Quibus sic, ut premittitur, expeditis, idem dux Witaudus armatam validam de Lithuania cum Samaythis absque more dispendio in complacenciam eorundem Samaytarum expedivit contra opidum Memla, que absque diffidacione repente in ipsam irruens, in nocte festivitatis sacratissimi corporis domini nostri Jehsu Christi, homines utriusque sexus ultra tria milia captivos abduxerunt, interemptis crudeliter singulis, qui pro senio vel senectute ipsos sequi non poterant, redacto similiter opido in favillam, ubi sacramentis ecclesie abhominabiliter prophanatis hanc Deo nostro omnipotenti intulerunt blasphemiam, quod signum crucifixi et gloriosi confessoris sancti Nicolay in campo pro [fol. 2v = 121v] signo posuerant ad sagittam. Propterque inter prefatum ducem Wytaudum et ordinem novi iterum gwerrarum turbines surrexerunt et sic tercia vice cum tanto christianorum dispendio a tam validis inscriptionibus resiluerit.

Quibus sevientibus dominus rex Polonie procuravit quandam bullam ab olim Bonifacio nono, in qua magistro et ordini sub pena excomunicacionis mandavit, quod manu hostili terram Lithwanie et alias subiectas regi invadere non deberent; quam ipse rex magistro in capitulo generali presentari procuravit. A qua licet magister legittime appellavit, volens tamen pocius, deliberatus maturius ea, que sunt pacis, procuravit cum prefato rege Polonie in Thorn personaliter convenire; ubi inter regem Polonie Lithwaniam et ducem Wytaudum ac ordinem suprascripta pax perpetua per regem, suo et prefati ducis Wytaudi nominibus ac magistrum suo et ordinis sui nominibus solemnitatem confirmata, que eciam confirmatio fuit litteris autenticis utriusque partis sigillis munitis roborata. In quauidam confirmatione inter alia cautum fuit, quod prefatus dux Witaudus de cetero nunquam sibi deberet terras Samaytarum usurpare nec ordinem in possessione earundem ullo umquam tempore quomodolibet perturbare aut eciam impedire, quod si deinceps talia per ipsum attemptare contingeret, quod tunc dominus rex Polonie ad requisitionem teneretur duci Wytaudo scribere eo modo, quod a talibus impedimentis et aliis molestiis abstineret, quod si facere recusaret, extunc deberet licere magistro et ordini duci Wytaude posse movere gverram, cui rex contradicere non deberet nec ad hoc duci Wytaude subsidium aliquod ministrare. Sub quibus pactis ordo iterum fuit ad possessionem terre Samaytharum rusticatus [!], quam eciam per quatuor annos continuavit pacifice et quiete.

Demum dux Wytaudus mentem suam finaliter discooperiens, misit camerarium suum cum certis aliis suis ad terras Samagittarum [!], per ipsos iterum sibi nobiles et comunem populum donis et promissionibus alliciendo; quare iterum terre Samaythe ordini rebellarunt, aliis, antequam rebellare vellent, pro consilio Wytaudum accendentibus, quo consulto reversi fuerunt ad advocatum eorum et alios fratres ordinis pro eorum regimine deputatis, significantes eis, quod dux Wytaudus misisset camerarium suum ad recipiendum pro eo [fol. 3r = 122r] terras Samaytarum, cui nollent resistere sed tamen per hoc eis contradicere non intenderent nisi coacti. Et ecce reverendissimi patres, cum quanta honestate quarto ad assveta sua figmenta rediens aperte non verecundabatur contra stipulata tam solemnia facere et venire. Credibile non ambigitur, quod post tot violaciones pacis federum, vix quispam reperiri potuisset, qui de cetero suis sponzionibus, litteris et iuramentis non dubitasset fidem credulam adhibere.

Quibus ad noticiam magistri generalis deductis, per sollempnes suos oratores et nunccios regem Polonie requisivit et humiliter supplicavit, quatenus iuxta conductata inter ipsos duci Wytaudo dignaretur scribere, ut ordinem in possessione terrarum suarum pacifica talibus turbacionibus desisteret molestare; duci eciam Wytaudo simili modo scripsit. Tandem dominus rex Polonie, per magistrum generalem sepius solicitatus super hac materia, misit ad ipsum quondam archiepiscopum Gneznensem, immediatum presentis domini Gneznensis predecessorem, cum certis aliis personis gravibus, qui ipsum cum navibus et suis exercitibus paratum invenerunt ad eundem tam per terras quam per aquas ad terras Samaytharum pro redempcione advocati et aliorum fratrum ordinis et ceterorum christianorum, quos inter tot adversarios non dubitabant sub magno rerum et corporis periculo laborare. Unde post diversos inter se tractatus habitos, idem archiepiscopus cum suis magistro habuit dicere:

‘Vos scitis, quod dominus rex et dux Wytaudus sunt fratres et unus non potuit alterum derelinquere, quare dubitare non debetis, quam cito terras vestras contra Samaythas et ducem Wytaudum exiveritis, tanto cito rex intrabit potenti manu terras vestras.’

Et licet magister constanter replicaverit hoc fore omnino contra pacta inter regem et ipsum nuper stipulata solemnitatem et firmata, de alio tamen quam, ut premittitur, magister certificari non potuit per archiepiscopum supradictum. Ex hiis magister et ordo non indebito suspicari potuit talia qualia Wytaudus cum Samaythis contra ordinem perpetraverat de consensu eciam et voluntate regis procul dubio processisse, que in rei veritate totali maledictioni, sub qua omnes ille partes hodie laborant, fomitem ministraverunt.

Nam tunc prima gwerra [...] rebellans Samaytharum orta fuit inter regem Polonie et magistrum generalem, que intercepta fuit per ducem Olswicensem [!] et alios ambasiatores

domini regis tunc Romanorum et Bohemie ad ambas partes missos, [fol. 3v = 122v] qui inter ipsas treugas pacis usque ad festum sancti Johannis tunc futuri firmaverunt; et finaliter ad hoc deventum fuit, quod utraque pars de alto et basso super omnibus huiusmodi displicenciis et c[ausis] compromisit in eundem dominum Romanorum et Bohemie regem, promittentes sub fide et honore velle stare suis pronuncciacioni, laudo seu arbitrio etc.

Vigore cuius compromissi infra terminum debitum pronuncciavit [rex Bohemie] super tunc productis et probatis coram eo, reservata sibi potestate pronuncciandi super ad hoc probandis usque ad certum tempus; et quia partes litteras super pronuncciacionem huiusmodi expectare non poterant, promisit cuilibet parcium huiusmodi litteras dirigere per suos nuncios speciales et sic regi Polonie litteras huiusmodi per quendam dominum Buczkonem ordinis sancti Johannis Jerusolimitani destinavit. Adveniente vero termino, in quo idem dominus rex Romanorum et Bohemie pronunciare debuit, ut prefertur, procuratoribus ordinis coram eo conparentibus ad audiendum pronuncciacionem huiusmodi, comparuit eciam dominus Donyn nunc vicecancellarius regni Polonie et cum eo quidem miles dictus Merowa non ad audiendum sentenciam sed ad movendum ipsum regem, ut sibi iuxta tenorem lige inter ipsum et regem Polonie facte dignaretur contra ordinem cum suis gentibus regi Polonie subvenire; qui litteras prefatas missas regi Polonie per regem Romanorum et Bohemie, ut prefertur, reportavit et ipsas in domo dicti domini Buczkonis sub quodam gradu proiecit et abiit non expectata pronuncciacione huiusmodi etc., quas litteras hospes domus sub eodem gradu reperiens eidem domini Buczkoni presentavit, qui eas ulterius domino suo regi Romanorum et Bohemie restituit. Et sic iterum dictus rex Polonie suis promissionibus de stando laudo et arbitrio prefati domini regis Romanorum et Bohemie etc. minime satisfecit sed in preiudicium pronuncciacionis huiusmodi contra ordinem ad arma convolavit; unde eciam prodiit primum bellum.

Ex quibus profecto reverendissime paternitates nostre colligere evidenter poterunt, quis in culpa fuerit, quod Samaythi nondum sunt baptizati; utique non ordo, quod ex eo probatur clarus. Nam sub eius protectionis gubernaculo terra Prussie brevibus annis de nichilo multum crevit et paucis ab inicio viribus magno regencium artificio, quod pace proficiebat et iusticia ultra vicinas provincias caput extulit usque ad invidiam emulorum. Quanta libertas [fol. 4r = 123r] omnium, quanta prosperitas, quot divicie, antequam exterorum livor felicitates huiuscmodi evertisset, testimonium reddunt magnifica opida, sumptuosa castra et fortalicia copiosa, que Deo auspice pro defensione fidelium contra rabiem paganorum structura inexpugnabili sunt erecta. Ecce quid in vulgaribus canonibus de hac patria canitur: „Honor, pax, leticia fulget in Prussia; rigo[r], lex, iusticia, arta disciplina.“ Unum audacter affirmare audemus, in aliqua republica paris etatis parisve adolescencie vix aut rare visum [est] similis festinate felicitatis incrementum. Et si dicunt maiorem apud eos servatam austерitatem in regendo quam in Prussia, ipsi sibi causa fuerunt, qui ter aut pluries rebellaverunt nescientes esse filii obediencie, quare merito contra se concitaverunt flagella severitatis et rigoris. Accusant insuper fratres ordinis de stupro et adulterio etc., nimirum si talia vicia silencio committere noluerunt cum nullius peccati macula, nullius terminis obprobria, nullius sceleris defuit flagicium, cuius sordibus hunc sacratissimum ordinem in verecundiis labiis non sunt veriti deturpatum asserere a planta pedis usque ad verticem corporis, virginali pudicia tanti cetus? Sed mirum, si ibi tam mali fuerunt, qui in Prussia et Livonia et in aliis suis domibus opinionis integre predicanter. Stupendum, si hii, quos antiqui subditi ob mansuetudinem et clemenciam diligunt, ibi novi et recentes tamquam perversos et abominabiles detestantur.

Ad litteras quas Samaythi se dicunt scripsisse universis christifidelibus, que eciam alias in presencia dominacionum vestrarum lecte fuerunt, creditur, quod ad iussum Wytaudi sunt confecte, ut sic colorare posset factum suum, quo ipsos Samaythos procuravit ordini rebellare.

Item sicut ipsi petunt admitti ad communionem fidelium et quod possint baptizari per Wilnensem et Leopoliensem episcopos, summe placet nobis, quod hoc fiat, sed quod illis

duobus episcopis adiungantur certi alii ad hoc per sacrum concilium deputandi, qui de ipsorum conversione fidelem relacionem facere possint concilio vel futuro summo pontifici; et utinam hoc ante XXX annos fuisset factum forte, quod non tantus rancor surrexisset inter partes sub protestacione tamen, quod hec fiant sine preiudicio ordinis, ad quem post mortem dominorum regis et Wytaudi verum terre Samaytharum dominium dinoscitur pertinere.